



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, Anno M.DC.LXXXX.

§. I. Quid & quotuplex sit Censura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61687](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61687)

riculum immineat animarum, quodsi tamen Episcopus suo subdito concessit, ut sibi idoneum confessarium eligere possit, nullam tamen hic electus in casus Episcopo specialiter reservados jurisdictionem habet, prout statuitur in cap. si Episcopus. 2. h. v. in 6.

SECTIO II.

De remissionibus sive indulgentiis.

Hanc hujus sectionis materiam vel breviter explicatam apud Auth. Method. vide, vel fufius traditam apud Theologos morales.

T I T V L V S XXXIX.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS, SUSPENSIONIS, ET INTERDICTI.

SECTIO I.

De prima censura Ecclesiastica, nempe excommunicatione.

§. I.

Quid & quotuplex sit Censura.

Censura in genere dici potest, poena quadam spiritualis ac medicinalis, privans usum aliquorum bonorum spiritualium, per Ecclesiasticam potestatem infligita, delinquenti, donec a contumacia cesset. Esse autem penes Ecclesiam potest, et infligendi censuras, ex Evang. Matth. c. 16. probatur, & ex ratione, qua qualibet respublica jus habet, ad certo modo coercendos contumaces, & rebelles &c.

Proprie autem loquendo tres tantum sunt censuræ, Excommunicatio, suspen-

sio, & interdictum, prout colligitur ex cap. querenti de V. S. & hinc irregularitas non est censura (qui enim violat censuram, fit irregularis, non tamen novam incurrit irregularitatem, qui irregularis cum sit, Sacramenta tamen suscipit, vel administrat) sed nec cessatio à divinis, cum non privet usu divinorum, sed omitti tantum ea velit, nec degradatio aut depositio &c. quæ sunt poenæ incorrigibilium.

§. II.

Quid, & quotuplex sit excommunicatio, & quâ formâ fieri debeat?

Excommunicatio in genere est censura Ecclesiastica, per quam Christianus à communione Ecclesiæ, seu reliquorum fidelium separatur; est autem triplex fidelium communicatio purè interna, purè externa, & mixta. Prima

Mmm mm 3

con-